

LIBER XVIII.

1338–1340

1

Εἰς τὸν Βάρδα Καλλέργην, κάτοικον τοῦ χωρίου Γαρίπα, δίδεται δάνειον 2000 ὑπερπύρων πληρωτέων ἐντὸς τριετίας διὰ σίτου εἰς τρεῖς δόσεις, ὑπολογιζομένου τοῦ σίτου εἰς ὑπέρυρα 18 ἀνὰ ἑκατὸν μουντζούρια, ἥτοι μουντζούρια 11.112. 1339, Φεβρουαρίου 15.

Fo 3^{et} N^o 44. Millesimo trecentesimo XXXVIII, die XV Februarij.

Capta. Quod ser Uarde Kalergi habitatori in casali Garipa insule nostre Crete, mutuentur per cameram nostram frumenti yperpera duo millia, iuxta consilium infrascriptum, officialium dicte camere, uidelicet cum condictione quod
5 teneatur dare nostro communi Veneciarum in Canea, tantum frumentum quantum capient dicta yperpera duo millia ad rationem yperperorum decem octo centenario mensurarum, que quantitas frumenti ascendit mensuras XI mille C. XII, ita tamen quod frumentum predictum sit nouum bonum, et mercadantis, in quo non sit maurothera, que mensure debeant dari in tribus annis scilicet omni anno tercium
10 ipsarum et tantum plus frumentum quolibet anno, quantum ascendit prode quod ipsa camera soluit pro ipsis denarijs et teneatur dare et assignare dictum frumentum in unoquoque anno in Chanea usque dimidium mensis Septembris, in pena solutionis medietatis ualoris frumenti, quod deberet dare in ipso uno anno. Per quem modum incideret penam quam incurrunt illi qui soluunt duplas caparas
15 et ipsam penam cum capitali rector Canee debeat facere excuti usque per totum mensem Nouembris anni tunc presentis, respondente de presenti procuratore dicti Uarde Kalergi qui est Venecijs, si uult dare frumentum hoc anno uel non, ut dicti officiales frumenti sciant quid habeant agere. Et de predictis teneatur ipse
19 Uarda dare rectori Chanee bonam et ydoneam plezariam.

